

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Rei rvsticae libri qvatvor**

**Heresbach, Conrad**

**[Spira Nemetum?, 1603**

Ivlio

[urn:nbn:de:bsz:31-138693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138693)

## I V L I O.

*Mēsis siliginea. Etsi alias citius, alias tardius pro temporis regionisq; ratione.*

*Siligine sublatā solum mox aratur ferendis raris. Felicius enim siligineis stipulis, quā hordeaceis committuntur.*

*Triticea mox sequitur mēsis.*

*Auenacea, hordei astini, legūminum, caeterorumq; trimestrium mēsis.*

*Etiā hoc mēse pecora & porci mercantur salubriter.*

*Apes hoc mēse ad myricas iam florentes transportantur, idq; noctu ac leniter.*

*Oves saginanda segregantur, pascuisq; latioribus immittuntur.*

*Lini alicubi mēsis, maturitatem flavescentes folliculi declarant. vide lib. 1. de Lino.*

*Cannabea mēsis, in qua primum femina euellitur, maceraturq; ad dies octo: inde sole siccatur: post xv. aut circiter, dies, mas quoque vellitur, & ubi paululum exaruerit, semen excutitur, inde maceratur aqua, uti & femina.*

*Tauros hoc mēse submittendos, Varro precipit, & Palladius & nostrates circa ferias Iacobi, vaccarum admissuras probant,*

bant, ut ad Aprilem vel Maium, pascuis vicinum tempus, partum edant; siquidem decimo mense pariunt.

Quibusdam locis septentrionalibus adhuc & sequenti mense fit messis, sporia fertur depascenda. Vide lib. I. de Pabulis.

KK AV.